



**Miracvla Quæ Ad Invocationem Beatiss. Virginis Mariae,
Apvd Tvngros, Camberones, Et Servios In Hannonia; ac
Dominam Gaudiorum in Picardia vulgò Nostre Dame de
Liesse dictam effulsere**

Caoult, Walrand

Coloniae Agrippinae, 1607

Puella non soluens votum patris defuncti, quod implere promiserat, morbo opprimitur, eo aute[m] persoluto libera à morbo opprimitur, eo aute[m] persoluto libera à morbo dimittitur.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-59700](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-59700)

referentes quomodo ipsius intercessione quomodo ipsius intercessione quatuor dierum spatio parata forent duo insignia celeberrimaque miracula: prædictæ videlicet Dionisæ Berthæ & paralytici Baliolani: nam inde recenter remeabant. Quibus auditis miser subito remittit chirurgum, & maximis cum laboribus suscipit peregrinationem versus Cheruiam, quam spacio sex dierum compleuit, ubi missa audita redijt totus sanus ad propria. Quod idem postea pro certò etiam confirmatum quædam Leodiensis femina.

PELLA NON SOLPENS VOTVM
patris defuncti, quod implere promiserat, morbo opprimitur, eo autem persoluto liberâ à morbo dimittitur.

CAP. LIV.

Iohannes Charletus Custos Aulæ Comitissæ Valecenis, scripto reliquit neptem suam patri suo iam morti proximo promississe se eius nomine adimpleruram quandam peregrinationem ad B. Virginem in Cheruia, cui se voto obstrinxerat. Quam nihilominus ipsa promissi in memor, postea implere neglexit. Quibusdam autem præterlapsis annis sana cum esset, imò vero etiam desponsata, una cum cæteris amicis & paribus suis indixit certum diem ad celebrandum nuptiale convivium verum ab illo ipso die cepit agitari dolore tibiæ, quo in dies

H 4 magis

magis ac magis ingrauescente, compulsa tandem tertio die decumbere, ita ut nulla spe affulgeret valetudinis recuperandæ, habens respectu ad tempus nuptijs antea præcedendum. Interea vero temporis venit illi in mentem se non satisfacisse promissis patris sui defuncti. Quam ob causam obnixè rogavit uinculum & amitam suam, ut promissam peregrinationem dignarentur eius nomine implere. Quod peregrinationis onus libenter suscipientes, & postea, opere completo Cheruiâ redeuntés, offenderunt neptem illis obuiam venientem corpore bene sanè optimè constituto. Quæ causa fuit absque la remora & dilatione temporis, certo sciendi diei ad nuptiale conuiuium decretum nato.

*MVLIER SEX MENSIVM SPATIUM
lumine oculorum destituta illuminatur, amita
missa apud cheruiam in sacello
B. Marie.*

CAPVT LV.

VXor Michaelis Espringalij ex parochia Condati pagi Courbilsij dicti, cum per sex menses lumine oculorum orbata fuisset honorifice comitata Cheruiam aduenit ubi missa pie audita, sacras reliquias sancte desculans in Insulariæ repositoio reconditas, absque mora fuit illuminata, solisque perie-